in iusticia sua; Sed rursum ne nimis delectatus in sapore et dulce
dine interiori minus sollicitetur de utilitate proximi; Sequitur dies
octavus id est caritatis que non querit que sua sunt. sed que viij
alterius et de proximo tanquam de se sollicitatur; In hac die fit cir
cumcisio. id est proprie voluntatis deposicio; De propria enim
voluntate fiunt mala; de communi bona; In propria volun
tate fit superbia in communi dilectio et humilitas; In hac die
puer circumciditur. quia omnis circuitus superbie et erroris depo
nitur et amputatur. et nomen imponitur quia noticia virtutum
in palam ostenditur. et sic ab aliis sua proprietate discernitur; Ante circum
cisionem in presepio est positus pannis involutus. presepe est me
moria cui iumenta alligantur. id est animales homines et feno vescuntur.
id est carnalibus desideriis et motu illicito delectantur; Sed me
moria constringitur. ut sit presepe ihesu. et tunc mea scilicet propositum
deponitur. id est pannis involuitur; Panni sunt memoria passio
nis christi et recordacio iugis et per hec iumenta arcentur et fenum
desideriorum expellitur; Nichil enim melius carnalia desideria expellit.
quam frequens recordacio passionis christi;

v Videndum est autem qui sunt pii illi scilicet qui deum colunt
Pietas est cultus dei qui in tribus est que invisibilia sunt.
scilicet fides spes caritas; Impii carent hiis tribus nec deum colunt.
quorum consilium est visibilia invisibilibus terrena celestibus ante
ponere; Horum caput est diabolus qui deo nolens subici deus

eē affectauit; Impius etiā iste euam seduxit· uolens eam habē
sociā erroris sui & participē iniquitatis; Illa uero iniquitatē
ade suggessit· qui impius factus iterum ꝯsensit; Silr̄ adhuc
malus motus suggerit carni· caro delectatur ⁊ consentit· ⁊ spm̄
ꝯsentire facit; Quatuor autē sunt mōi· quib; itur in consilio
impiorum· Quidam trahuntur inuiti· q coactionib; ⁊ minis impel
luntur ad malū· ⁊ timore penarum / alii trahuntur illecti ꝑsuasionibus·
blandiciis ⁊ carnalib; desideriis; Quidam secuntur ignari nesci
entes sibi ꝓuidē nec mala a bonis discernē; Alii secuntur spontanei·
quib; iniquitas placet ⁊ libenter mala faciunt· et facientib;
ꝯsentiunt; De quib; dr̄: Si uidebas furē currebas cum eo;
His quatuor uirtutes sunt necessarie· quib; reuocantur ⁊ sa
nantur; Illis qui inuiti trahuntur fortitudo est necā· qua resistāt
minis cruciatib; dampnis· ⁊ fortes facti resistant· usq; ad sangui
nē et mortē; Illi qui trahuntur illecti indigent temꝑantia· que
lenit desideria illicita· non cedit ꝑsuasionib; non minis non
emollitur blandiciis; Illis qui seducuntur ignari opus est pruden
cia· que discernit a utilib; inutilia et docet quid sequendum
quid reiciendum; Iusticia indigent illi qui sequuntur sponta
nei; Iusticia est rectitudo uoluntatis que nec amat peccare·
nec peccō ꝯsentire; Iusticia ⁊ fortitudo sedem hn̄t uoluntatē·
quia uoluntas iusta debet eē ⁊ fortis; Est autē iusticia uolun
tas hoc modo ordinata· s· mala respuens· bonisq; meliora pre

ponens; Hanc non uidetur habuisse adam qui malo consentiens
quod utile erat deseruit; Prudentia et temperantia sedem habent in ratio-
ne: quia ratio prudens esse debet et temperata; Est quippe pruden-
cia ratio docta sciens uitare contraria iusticie propter iusticiam; Vi-
tat quidem non solum iniusticiam apertam set in illa que aliquo modo non sunt contra
iusticiam attendens non quod licet set magis quod expedit. uitans diuicias
et quedam alia non quidem illicita set que iusticie solent esse impedimenta; Set
propter quosdam qui ex hypocrisi hi faciunt additur propter iusticiam;

Legale preceptum fuit quod uirga aaron poneretur
in templo que protulit frondes florem et fructus; Hec uirga
beatam mariam nobis annuntiat. que posita in templo inter homines
qui secundum apostoli dictum templum dei dicuntur. sicca ab humano semi-
ne. et a spiritu sancto obumbrata; Germinauit in regione umbre
mortis solem iusticie dominum nostrum ihesum christum. qui est unus cum patre
et spiritu sancto. est lux que illuminat omnem. h. u. in hunc mundum; De
hac gloriosa uirgine ante partum et post partum clamat ysaias di-
cens; Ecce uirgo concipiet. i. u. et p. f. etc; Sed etiam osee sic ua-
ticinatur; Adducet urentem uentum dominus de deserto ascendentem
qui exsiccabit uenas mortis; Desertum intelligimus sancte marie
uterum uirginalem. eo quod absque semine humano ediderit nobis
rosam de qua dicitur in canticis canticorum; Ego flos campi et lilium
conuallium; Et propheta dauid; Speciosus forma pre filiis ho-
minum; Iste formosus dominus noster qui uenit de edom tinctis